

Sicut^{a)} enim testatur scriptura divina in prima die fecit Deus lucem, secunda die firmamentum, tertia die speciem maris, quarta die solem et lunam et stellas, quinta die pisces et volucres, sexta die bestias et iumenta¹⁵⁰⁾ et novissime ad imaginem et similitudinem suam formavit Adam et Evam; prima autem dies fuit XV Kal. Apr., sicut estimant sancti scriptores et plerique et doctores^{150a)}, secunda XIV Kal. Apr., tertia XIII Kal. Apr., quarta XII Kal. Apr., quinta XI Kal. Apr., sexta X Kal. Apr., septima IX Kal. Apr., in qua perfectis celo et terra et omni ornatu eorum requievit Deus ab universo opere quod patra-verat; fuerunt ergo in primo anno nascentis mundi XIV epacte lunares et nulle solares sicut in superioribus commemoravimus; unde hic et ponuntur in capite^{a)}).

Die folgenden Abschnitte des sechsten Buches haben die angekündigten vier Spalten (Versus), in denen die Weltjahre, die Epakten und Concurrentes vermerkt sind. Das sogenannte Spatium historicum¹⁵¹⁾ schließlich befindet sich entweder neben den drei Spalten der chronologischen Tabelle oder unter ihnen. Vom Weltjahre 3993¹⁵²⁾ an, dem Inkarnationsjahr nach Heimos Rechnung, werden außerdem die Indiktionen und Mondzyklen hinzugefügt.

Zum Weltjahre 4025¹⁵³⁾ heißt es:

Finitur testamentum humane servitutis et miserie contractum per inobedientiam Ade.

Videsne, diligens lector, quam plane ac directim post transactos ab inicio seculi annos IIIIMXXV enumeratos per spacia patrum, principum familiarum secundum canonem veteris testamenti et attestati-onem^{b)} secularium historiarum occurrant XI epacte, que est luna XII Kal. Apr. secundum Iudeos et V concurrentes que est XVI Kal. Apr., ubi Iudei ponunt sedem concurrentium, occurratque nihilominus luna primi mensis XV. in feria VI. VIII Kal. Apr. in ipsa die, qua secundum auctoritatem sanctorum patrum et fidem evangeliorum Dominus Iesus Christus passus humanum genus de regno peccati et mortis eterne sua morte redemit et XVII. luna in prima feria VI Kal. Apr., quando resurgens omnibus fidelibus eternitatis aditum patefecit.

a) — a) *fehlt* A. b) attestati-one T.

¹⁵⁰⁾ Vgl. hierzu Genes. I sowie Isidor, chron. mai. c. 3, chron. min. c. 4, MG. AA. 11, 426 (vielleicht nur indirekt benutzt bei Frutolf von Michelsberg!).

^{150a)} Vgl. oben Anm. 108.

¹⁵¹⁾ Fachaussdruck für den Raum in Consul-Listen, Ostertafeln u. ä., wo die historischen Fakten eingetragen werden.

¹⁵²⁾ Fol. 106.

¹⁵³⁾ Fol. 106', vgl. A, fol. 61'.